Gnālem Regni Nobilem Joannem Zalesky mouit seu appellauit, Terminū ipsi sententia expurgand, sibi vō et parti motionis et causæ suæ prosequend, inter Causas Pallatus Lublinen̄ Assigendo.
Quam appellonem pfatus Magnificus Capneus Lublinen̄ parti cittæ admisit. Terminū partibus, modo pmisso, inter Causas Pallatus Lublinen̄ Conseruando.

Inter Lipnicky et Slupecky Appellatio.

Proposuerunt Judlr coram pnti Capneali Castren̄ Lublinen̄ Judicio Instigator Officij Castren̄ Lublinen̄, tum et Gnosus Joannes Lipnicky dellator, Actor pars, cord infranoatum cittum; Cittone tenoris huiusmodi: Joannes Firley a Danbrowica Capneus Lublinen̄ etc. Tibi Gnoso Alexandro Groff Slupecky de Konary in Villis Wrdany, Priow et Wola Priowska, et aliorū bonorū eo antiquitus pertinentiū tenēdi, de bonis tuis oibg, mandamus vigore Regio, et nro Capneali ex offo, ut corā nobis seu Judicio nro Capli Castren̄ Lublinen̄ in Terminis Judlibg feria secunda post festū Sancti Matthæi Apostoli et Euangelistæ proxē ventura in Castro Lublinen̄ celebrandis vel iis deficiend, tamē in proxē venturis. Ad instam Instigatoris Officii nri tum et Gnōsi Joannis Lipnicky dellatoris, personalr peremptoriē compas. Qui te citant ad bannieng et de Regno Poloniæ dominiisq eius annexis proscribeng Ideō. Quia tu ēxns ūreni Reus, In Causa: Ad Inscrōn Caplem Castren̄ Sandominien̄ donatoriā per cittum Actori super bona infrascripta facta, occone non statuitionis Gnosæ Catherinæ Gniewoszowna de Wnorow Consortē tuæ lgtimæ, qua Inscrone te submisisti illā ad Acta Caplia Castren̄ Sandomirien̄ ante decursū unius anni, et Loco cū duobus amicis illius de linea paterna pximioribus, ad consentiendū per eam super pfatam Inscronem donoriam Villæ Msciow cū pdio, et Kamien in Terra et Dictu Sandominien̄ sitt personalr statuere: Atq ab ea efficere, ut de integro iure suo aduitalio et reformorio vel alio quocūq in pfatis bonis Msciow et Kamien habito, eius actori condescendat. Sub damnis Terribg Decem Millia Marcarū polonicalr

taxatis

taxatis, et iam super actore obtentis processu causa istius latius canente rei iudicatae non vis satisfacere, nempe rumationem tui de bonis tuis omnibus, ac in eam intromissionem vigore lucrorum et perlucrorum vadiorumque tricatorum super te ac bonis tuis omnibus, primum in Officio Castrensi Sandomiriensi tamen in Officio nostro obtentorum et perductorum noluisti et non vis admittere. Citamus igitur ad videndum et audiendum super te ac bonis tuis omnibus banitionem decerni, et per Ministerialem publicari, ad omniumque notitiam deduci, ad praemissa Judicialiter sis responsurus. Datum in Castro Lublinensi feria sexta ipso festo Exaltationis Sanctae Crucis. Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Duodecimo.

Et post propositionem suam modo praemisso factam, deducto parti cittae legitimo termino, contentisque omnibus cittationis verificatis, petijt eandem ad iudicialem responsionem compelli. Caeteris iuris remediis in toto saluis manentibus.

Citatus autem male obtentum esse processum deduxit, ex his rationibus: Prima. Quoniam post obtentum Decretum super citto in contumaciam prolatum non in duabus septimanis iuxta usum et consuetudinem intromissionem affectabat. Secunda. Quia poenam Quatuordecem Marcarum circa astitum terminum non obtinuit. Reseruatis de iure reseruandis.

Actor vero refutando exceptiones citti deduxit Judicio praesenti processum Eundem bene obtentum esse: Quod cittus allegat, Quia Actor vigore Decretorum non in duabus septimanis intromissionem in bonis Villae Chrdawy, et in alijs ad id pertinentibus affectabat, id eum minime iuuare potest; Siquidem in quolibet Decreto iniunctum est, ut Actor intromissionem acceptet, quandocunque voluerit; hoc quoque in libero arbitrio Actoris erat, eamque intromissionem quandocunque voluit affectare. Reseruatis reseruandis.

Et Judicium praesens Capitale Castrense Lublinense, controuersijs partium, Actoris per Nobilem Christophorum Matczynsky, cittae vero per Nobilem Stanislaum Rybesowsky, plenipotentes suos coram se factis bene diligenterque exauditis et intellectis, ex rationibus partis Actoris, bene obtentum esse processum adinuenit, et citto procedere decreuit.

Quam sententiam et Decretum praesens pars citta pro iure non suscepit, nec in eo acquiescere voluit, verum ab eo et cum eo ad Magnificum Joannem Firley a Dambrowica Capitaneum Lublinensem, ad Judicia Ordinaria Generalia Tribunalis Regni Lublinensis proxime celebranda, per Ministerialem Generalem Regni Nobilem Joannem Zalesky mouit

seu appellauit; Terminum ipsi sententiam expurgandi sibi vero et parti motionis et causae suae prosequendae, inter Causas Pallatus Lublinensis praefigendo.

Verum Actor deduxit Judicio praesenti motionem non esse admissibilem; Siquidem ex processu eorum nullum male obtentum apparet, tum quoniam causa est definitiua, et ad Inscriptionem vertitur; Petens eamque non admitti:

A contrario citatus a male obtento, iuxta Constitutionem Anni Millesimi Quingentesimi Octuagesimi Octaui admissibilem esse appellationem Judicio praesenti deduxit.

Quam motionem seu appellationem praefatus Magnificus Capitaneus Lublinensis, parti citatae admisit. Terminum partibus more commisso inter Causas Pallatus Lublinensis Conseruando.

Et hic in continenti circa expeditionem causae praedictus Actor protestatus est solenniter, contra Judicium de grauamine, ratione admissae appellationis; Offerens se cum eorum ratione eiusque admissae appellationis in foro fori iure acturum. Judicium quoque eorum Manuali reprotestum est: Quia iure communi et constanti praxi, in Judicio suo ac alijs omnibus obseruari solita fretum, appellationem admisit.

Inter eosdem Altera.

Proposuerunt Judicialiter coram praesenti Capitaneali Castrensi Lublinensi Judicio Instigator Officii Castrensis Lublinensis, tum et Generosus Joannes Lipnicky dellator, Actores pars, contra infranotatum citatum, citatione tenoris huiusmodi:

Joannes Firley a Dambrowica Capitaneus Lublinensis etc. Tibi Generoso Alexandro Grotsz Slupecky de Konary in villis Wyzarny Priow et Wola Priowska, et aliorum bonorum eo antiquitus pertinentium haeredi, de bonis tuis omnibus, mandamus vigore Regio et nostro Capitaneali ex officio, ut coram nobis seu Judicio nostro Capituli Castrensis Lublinensis in Terminis Judicialibus feria secunda post festum Sancti Matthaei Apostoli et Euangelistae proxime ventura in Castro Lublinensi celebrandis vel iis deficientibus, tunc in proxime venturis: Ad instantiam Instigatoris Officij nostri tum et Generosi Joannis Lipnicky dellatoris personaliter

peremptorie